


Antwerpen, Matthias van der Goes

Ca. 1488.

1

Richard Hyll & Anne

iste liber Richardi Hyll

To hys ffadyr Alex: Drap[er] I my name

[illegible] placans Deo dum [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]

In the yere that January shal entre on the Wednysday the wynter shalbe
[illegible] at but in the end ther shalbe snowe & frost the somertyme
shalbe rayny great abundance of al corne & wyne & frute & of
grasse & generally of al thinges the followyng shalbe a [illegible]
[illegible] by the which there shal be great sykenes [illegible]
as [illegible] & [illegible] shal [illegible] [illegible] [illegible] the yere
many [illegible] shalbe [illegible] the many peple shalbe [illegible]
& dyscomfited great batayle & slaughter shalbe [illegible]
myght [illegible] the yere [illegible] the which shal come great [illegible] to [illegible]
In the end of the yere shalbe [illegible] pestilence [illegible] & fallyng
evils & specyally nygh the see
In the yere that January shal entre on the Thursday the wynter shalbe longe &
moost part dry & this yere shalbe very [illegible] the [illegible] shalbe
very [illegible] the somer shalbe good & temperat & harvest shalbe
moost part rayny by the which ther shal [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] the [illegible] & wynes shalbe good [illegible] ther shalbe of al [illegible]
& grasse & of frute [illegible] [illegible] many great warre & dyvision shalbe
betwen the chirch & the kynges & prynces & in the end the prynces shal
have victory [illegible] [illegible] [illegible] women shal [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] the peple shalbe [illegible] of [illegible] & [illegible]

ffor to fynde all the movable feste

i	ii	iii	iiii	v
a a ix	a m xxvi	a a xvi	a a ix	a m xxvi
b a x	b m xxvii	b a xvii	b a iii	b m xxvii
c a xi	c m xxviii	c a xviii	c a iiii	c m xxviii
d a xii	d m xxix	d a xix	d a v	d m xxix
e a vi	e m xxx	e a xx	e a vi	e m xxiii
f a vii	f m xxxi	f a xiiii	f a vii	f m xxiiii
g a viii	g a i	g a xv	g a viii	g m xxv

vi	vii	viii	ix	x
a a xvi	a a ii	a a xxiii	a a ix	a a ii
b a xvii	b a iii	b a xxiiii	b a x	b a iii
c a xviii	c a iiii	c a xviii	c a xi	c m xxviii
d a xix	d a v	d a xix	d a xii	d m xxix
e a xiii	e a vi	e a xx	e a xiii	e m xxx
f a xiiii	f m xxxi	f a xxi	f a xiiii	f m xxxi
g a xv	g a i	g a xxii	g a viii	g a i

xi	xii	xiii	xiiii	xv
a a xvi	a a ix	a m xxvi	a a xvi	a a ii
b a xvii	b a x	b m xxvii	b a xvii	b a iii
c a xviii	c a xi	c m xxviii	c a xviii	c a iiii
d a xix	d a v	d m xxix	d a xix	d a v
e a xx	e a vi	e m xxx	e a xx	e a vi
f a xxi	f a vii	f m xxxi	f a xiiii	f a vii
g a xxii	g a viii	g m xxv	g a xv	g a viii

xvi	xvii	xviii	xix
a m xxvi	a a xvi	a a ii	a a xxiii
b m xxvii	b a x	b a iii	b a xviii
c m xxviii	c a xi	c a iiii	c a xviii
d m xxix	d a xii	d a v	d a xix
e m xxiii	e a xiii	e m xxx	e a xx
f m xxiiii	f a xiiii	f m xxxi	f a xxi
g m xxv	g a xv	g a i	g a xxii

[illegible] and iij [illegible]
[illegible] matyns [illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]


Ncipit liber qui dicitur secreta secretorum qui liber tractat de regimine cuiuslibet hominis quem librum scripsit aristotiles ad alexandrum discipulum suum.

Incipit Prologus illius qui transtulit librum istū de greco in latinum.

Domino suo excellentissimo in cultu religionis christiane strēnuissimo Guidoni de valentia ciuitatis Tripolis glorioso pontifici Philippus suoꝝ minim⁹ clericoꝝ seipm̄ ⁊ fidelis deuotōis obsequium. Dignum fuit vt haberet vestra clementia istum librum in quo de ōnib⁹ fere scientiis aliquid vtile contineatur. Cum igitur vobiscum essem apud Anthiochiaꝫ repta hac philosophie margarita vobis placuit vt transferretur de lingua hebrayca i latinam. ꝑpter quod voluntati vestre humiliter obediens hunc librum transtuli cum magno labore sermone lucido de arabico ydeomate in latinum. quem librum peritissim⁹ princeps philosophorum aristotiles composuit ad petitionem alexandri discipuli sui. Qui per suas epistolas rogabat vt ad ipsum veniret. Sed aristotiles ad alexandrū venire non potuit impeditus ⁊ grauatus propter senectuteꝫ ⁊ corporis grauitatem. Excusauit autem se sic aristotiles super hoc qꝛ non ibat ad alexandrum. Clemens impator plene quātum desiderās vt tecū eēm mirās q̄lr possim abstinere a tua venerabili p̄ntia ⁊ arguis me de tuis opibus

parum curare· hac de cā destinaui facē libꝝ istū tue clemētie q erit tibi libra pōderās oiā opa tua ⁊ regl̄a ad oiā q̄ volu eris· ⁊ edocebit te oiā q̄ docerē si corpalr̄ tecū eēm supplendo p oiā vices meas· Nō dēs sigdē me arguē ⁊ scias vel scire dēs ꝙ nō omitto veniē ad te ꝑpter ꝯtēptū· ß qꝫ etatis gra/uitas ⁊ corpis debilitas me circūuenerūt ⁊ reddiderunt me ponderosum atqꝫ inhabilem ad eundū· Qn̄ āt alexander subiugauit sibi ⁊ captiuauit magnates persarū misit ad ari stotilē vnā eplam sub hac forma· O magister venerande intimare dignū duxi vestre prudētie me subiugasse nuper meo imperio persas q sūt hōies maxime abūdātes rōne ⁊ intellectu· Et studēt super alios dn̄ari ⁊ regimē in alios habere mirabilr̄ appetūt· Quapropter ꝓposuerā ipos oēs occidē· Cui aristotiles sic rn̄dit· O fili gl̄ose impator mitis/sime· si potes mutaē illi⁹ patrie aerē ⁊ aquā ⁊ dispōem ciui tatū imple ꝓpositū tuū· sin autē dn̄are sup eos cū benigni/tate· Q̄ō si feceris fiduciā hēas ꝙ ōnia dei adiutorio subii cientur tibi humilr̄ scdm beneplacitū tuū ⁊ pceptū· Et sic se cundū amorē quē habebūt erga te dn̄aberis sup eos paci fice ⁊ honorifice triūphādo· Alexāder ꝯsiliū adimpleuit di ligenter· ⁊ sic perse magis obediebant q̄ꝫ homines aliaruꝫ nationum·

De distinctōe regū· Cap· J·

Reges sunt quatuor· s· largus sibi ⁊ subditis· auar⁹ sibi ⁊ subditis· item rex auar⁹ sibi ⁊ larg⁹ subditis· Et rex larg⁹ sibi ⁊ auar⁹ subditis· Sed inter omnes peior est rex qui largus est sibi ⁊ auar⁹ subditis· quia ei⁹ regnū cito destruet· Oportet itaqꝫ inquirere quid sit largitas· pa lam siquidē ꝙ obseruātia largitatis mltū difficilē trāsgres sio facil· Si igit clemēs impator vis virtutē largitatis atq

rere ↄsidera posse tuũ ⁊ tpa necessitatis ⁊ merita hominũ. Debes igi^r largiri bona tua iuxta posse tuũ hõib^9 indigẽtibus atq3 dignis· q^z quicũq3 aliter dat peccat ⁊ regulã trãsgredit^r largitatis. Qui eñ largi^r bona sua nõ indigẽtib^9 paruã acq̃rit laudẽ ⁊ quicqd dat^r indignis perditur. Et qs quis diuitias suas expẽdit supflue cito peruenit ad amara litora pauptatis. Cauẽdũ ẽ itaq3 a supfluitate expensarũ Quicũq3 eñ rex expẽdit ⁊ deuastat inordinate bona regni sui largiẽdo ea indignis. talis ẽ rex depopulator regni sui vel destructor regni sui indign^9 regimine. Unde merito prodigus appellatur eo q^d pcul est a suo regno sua pui dentia. Et ergo etc.

De modo expendendi. Ca. ii

Alexander firmiter dico tibi q^d quicunq3 rex facit superfluas expensas vltra q^d regnum suum possit sustinere. talis rex proculdubio destruit et destruitur. Dico iteruz tibi q^d tue dementie frequenter intimaui. s. q^d declinatio prodigalitatis et acquisitio largitatis est gloria regum et perhennitas regnorum. Hoc autem fit quando rex ↄtẽtus suis rectis et statutis redditib^9 nullas suis subditis exactões faciẽs. Hoc enim fuit cã subuersionis et destructio principum et regni angloꝝ. Nonne q^z superfluitas expensarum superabat reddit^9 ciuitatũ. Et sic deficiẽtib^9 redditib^9 et expensis extenderunt rex et princeps manus ad possessiones subditorum rapiẽdas. subditi vero ꝓpter iniurias clamauerunt ad deum excelsum et glosum qui mittens ventũ calidum afflixit illos tyrannos vehemẽter. et insurrexit contra eos populus et nõia eoꝝ deleuit de terra. Et nisi de^9 glosus subuenissz illi pplo destructũ fuisset illud regnũ. Sciasigi^r q^d diuitie sunt cause duratõis anime in corpe. nec pt du

rare aiā diu in corpe si talis cā destruar. Debes etiā hono
rare honorantes. linguā reprime. iniuriā ad tēp⁹ dissīlare
⁊ fugere stulticiam. ⁊ si nūq̄ʒ didicissem tibi aliud nisi prose
quēs documentū deberet tm̄ illud suffice in ōnib⁹ tpib⁹ tuis
hoc seculo ⁊ futuro.

De instructōe circa bonā famā. Ca. iii.

Cias itaq̄ʒ q̄ intellect⁹ est caput regiminis. sal⁹ ani
me. salutatō virtutū. speculatō vicioꝝ per ip̄m specu
lan² fugienda. ⁊ per ip̄m eligim⁹ eligenda. ipse enim ē ori
go virtutum ōniū ⁊ radix bonoꝝ ōniū laudabiliū ⁊ hono
rabilium. Primum autem instrumētū intellect⁹ ē desideri
um bone fame. qui āt bonā famā desiderat famosus erit.
qui vero ficte per infamiam ꝯfundet. Fama igit̄ ē qd̄ pri
cipaliter ⁊ per se in regimine appetitur. quia regimen non
appetitur ꝓpter se sed ꝓpter bonam famā. Initiū ergo sa
pientie ē desideriū bone fame ꝓpter quā regnū vel domini
um appetit̄. Si āt alia de cā appeta² nō erit fame acq̄sitio.
inuidia itaq̄ʒ generat mendaciū qd̄ ē radix ⁊ materia ōniuʒ
vicioꝝ. mēdaciū qd̄ primo ab inuidia generat̄ genēat vl
teri⁹ detractōem. detractio genēat odiū. odiū āt iniuriā. in
iuria āt generat ꝑtinaciā. pertinacia iracūdiā. iracūdia ge
nerat repugnātiā. ⁊ repugnantia generat inimiciciam. ini
miciciā bellum. bellum vero leges destruit ⁊ ciuitates. De
sideres igitur bonam famam. quoniam ratōis intellectus
per desiderium bone fame elicit veritatem que contrariat̄
mendacio. Ueritas est radix ⁊ materia bonorum omniuʒ
Ueritas etiam iusticiam generat. iusticia generat ꝯfidētiā
confidentia largitatem. largitas familiaritatē. familiaritas
amiciciā. amicicia generat ꝯsiliū ⁊ iuuamē.

Rimo et principaliter conuenit regi ad hoc q̄ fama

ſui nominis diuulgetur in laudabili ſapientia q loquatur cum hominibus ſapienter · quia ſic honoratur ⁊ laudatur ⁊ etiam timetur a ſuis hominibus qñ vidēt regē ſapienter loq ⁊ prudēter agē · porro de leui pōt ſciri ⁊ per certa ſigna cognoſci vtrum in rege ſapientia vel inſipientia domine/tur · quia quicunqꝫ rex ſupponit ſuum regnum diuine legi dignus eſt regnare ⁊ honorifice dominari · Quicunqꝫ em̄ rex in ſeruitio redigit diuinam legem ab hominibus con/demnetur ⁊ condemnatur in lege ſua · qꝛ talis rex ē tranſ/greſſor ⁊ contemptor ſue legis ·

De abſtinentia voluptatum · Ca · iiii ·

Alexander euita beſtiales voluptates · Carnal' em̄ appetitus inclinans animam ad beſtiales volupta/tes quibus letatur corpus corruptibile ⁊ pro his triſtatur ī tellectus vel anima rationalis perpetua ⁊ incorruptibilis ſiue incorporalis · Sciendum enim q appetitus volupta/tum generat carnalem amorem · carnalis amor auariciaꝫ auaricia deſiderium diuitiarum · deſiderium diuitiarum in uerecundiam · inuerecundia preſumptionem · preſumptio infidelitatem · infidelitas latrocinium · latrocinium vitupe rationem · ex qua naſcit' captiuitas q̄ ducit ad tormentū le/gis · detractionem corporis · ⁊ ad ruinam familiaritatis · et hec ꝯtrariant' nature ·

Qualiter debet ſe habere circa religioſos ſapientes · Capitulum · v ·

Inſuper decet regem legiferos ⁊ religioſos honora re · venerari ſapientes ⁊ conferre cum eis · prudenter ⁊ honeſte interrogare · diſcrete reſpondere · ſapientiores et nobiliores magis honorare ſcd̄m ſtatum ⁊ meritum vni/uſcuiuſqꝫ ·

De puidentia z pietate regis. Ca. vi.

Portet insuper regem futura cogitare z õnib⁹ futuris prouidenter occurrere vt possit futura mala z pericula vel penitus precauere vel saltem leuius tolerare De cet etiam regem pium esse z iram ciuium cohibere ne improuisa commotione sine deliberatione pgrediat ad actū Decet etiam regem errorem suuz sapienter reuocare ł cognoscere qz summa sapiētia ē in rege seipm bñ regē. Cū aūt aliquod expediens vel bonum nouerit esse faciendū faciat illud cum discretione non nimis cito nec nimis tarde ne videatur impetuosus vel remissus.

De regali ornatu. Ca. vii.

Altum conuenit regie maiestati ipm regē honorifice indui z semper cum pulchro apparatu apparere z excellē alios in decore. Debet igitur rex indui pulchris z extraneis vestib⁹ / qz dēt alios in quadā prerogatiua speciali vestium superare vt ei debita reuerentia exhibeatur. Decet etiā regē facundū eē z affabilē z clarā vocē habere. quia clara vox multuz pficit in tpe plioz. Debet tñ rex abstinere a multiloquiis nisi necessitas illud exigat. Meli⁹ est enim q aures hōim sp sitibūde sint ad regis eloquium q̄z suis sermonib⁹ satiant in audiendo z etiā fastidiāt. Decet enim regem non multum frequentare ꝯsortia subditoꝝ z maxime vilium personarum qz nimia familiaritas honoris parit ꝯtemptum. z pter hoc pulchra est consuetudo i dorum in dispensatōe z ordinatōe regis q statuerunt q ipsorum rex semel in anno appareat coram suis hominib⁹ vł subditis cum regali apparatu z armato exercitu sedens nobilissime in suo dextrario ornatu armoꝝ pulchritudine decorat⁹. z faciūt stare plebē aliquātulū a remotis. nobiles ve

ro z barones circa ipsum · Tunc autem solet rex negocia ardua varia z preterita enarrare· curā z operā quā circa rē habuerit demonstrare ꝯsueuit in illa die multa dona largiri z captiuos de carceribus emancipare z grauia onera releuare· z multa pia opera exercere · Finito autem sermone regis protinus assurgit vnus de collateralibus regis principalior qui sapientior z facundior reputatur qui plurimū nititur honorificare regis honorem z commendationem· primo gratias referens glorioso domino qui ita bene ordinauit regnum indorum· z de rege tam sapiente indiā decorauit qui laudabilem populum indorum fecit esse obedientem atqȝ vnanimem· Et post laudes diuinas z commēdationes regales conuertit se ad laudem commendādo bonos mores plebis captando beniuolentiam eius inducens populum rōibus z exēplis ad humilitatem obedientiaȝ z reuerentiam regis · Quo facto vniuersus populus studet regias laudes extollere z sua bona opera commendare· ꝓ regis longa vita deum exorare per ciuitates et familias regis opera z sapientiam enarrare· z propter hoc docēt pueros ab infantia z inducunt eos ad regis amorem honorem obedientiam z timorem · Tali igitur modo publicatᷣ z accrescit fama regis in secreto z aperto· Consueuit etiam rex tali tempore malefactores punire vt per talia exempla via nocendi aliis malefactoribus precludatur· vtiqȝ sic alii malefactores corrigantur· Solet etiam tali tempore tributa alleuiare z cum mercatoribus dispensare magnam partem eis de suis redditibus remittendo· ipsos etiam cum suis mercibus custodiendo z defendendo· Et est causa· quia multum populosa est india· Illuc enim concurrunt mercatores ibi etiam bene recipiūtᷣ · ibi multū lucrantᷣ diuites et

paupere cives z forenses· inde est qp tributa regalia z red ditus augmentantur· Cavendum est itaqz regi ab offensa z nimia iniuria mercatorum· ipsi namqz laudis sunt rega lis latores famam regis z gesta ferentes per vniversū mū dum per ipsos civitates muniuntur / per ipsos z redditus regales augmentantur z multiplicātur· sic accrescit fama re/ gis regna sic tremescunt z ꝯpescunt regis inimici· Sic vi/ vit rex pacifice z secur⁹· Sic etiā sequūt desideria sue volū tatis· Diriges igitur semper cogitationes tuas in bonum evita mores z ꝯsuetudines bestiarū z leonū ferocitatē z be stiales immūdicias Noli esse crudelis sed flexibilis ad agē dum his de quibus victoriam habuisti· Cogita de futu/ ris casibus qui pñt accidere qz nescis quid futura paritura sit dies·noli sequi desideria tua in comestione potu coitu z somno·

De castitate z continentia regis· Ca· viii·

Clemens imperator noli inclinare femora tua ad co itum meretricum·quia coitus est porcorum quedaz proprietas· Que gloria regni erit si exerceat vicium irrati/ onabiliū bestiarū z act⁹ brutoꝝ·crede mihi indubitanter· qz coit⁹ est abbreviatio vite· destructio corporis· virtutum corruptio·legis transgressio·et postremo mores femineos generat·

De modo regalis solacii· Ca·ix·

Decet regem privatos habere fideles cum quibus delectabitur cum variis instrumentis z generib⁹ or ganorum quando fuerit tediosus· Anima enim huma/ na in talib⁹ naturaliter delcāt·sens⁹ requiescūt·sollicitudo z curiositas evanescunt·et totum corpus per talem delectati onem satis leticiam z honestam vigoratur· Si ergo in illi

b⁹ volueris delectari ad plus perseuera in tali vita trib⁹ die
b⁹ vel quatuor scdm qd videris tibi expedire regẽdo sẽp te
honestius q̃ȝ poteris. ⁊ hec fiant priuatim. Cum itaqȝ fu
eris in tali solacio abstine a multo potu ⁊ permitte alios ad
libitum potare ⁊ finge te a vino calefactũ. quia tunc poteris
multa secreta percipere que docebunt te precauere ab aliqui
bus futuris periculis ⁊ debes habere circa te de tua fami/
lia speciales qui tibi referant ea que fiunt ⁊ que dicũt ꝑ reg
num tuum. Item cum fueris inter tuos barones honora
quenlibet scdm statum suum ⁊ meritũ. inuita hodie vnũ
cras alium. indue hodie vnum cras alium. nullus sit de tu
is nobilibus qui tuam non sentiat liberalitatẽ. itaqȝ place
at õnibus clemẽtia tue maiestatis ⁊ nobilitas animi libera
lis. Decet etiam regẽ ꝯtinentiã ⁊ discretõem habere. A ri
su multo abstinere quia frequẽs risus tollit reuerentiam.
Insuper scias ꝙ magis tenentur hõies regem in sua curia
honorare ⁊ in suo pallacio vel parlamento q̃ȝ alibi. qꝛ tũc
regis interest ꝙ si aliquis presumit facere iniuriam puniat
eum scdm qualitatem persone ⁊ sui reat⁹ qꝛ aliter puniẽd⁹
est nobilis et excelsus et aliter popularis vel abiect⁹. Et fi
at vt terreantur alii vt discãt ab iniuriis abstinere. Nã in li
bro esclabioꝝ legit' ꝙ ille rex ẽ laudãd⁹ q̃ silat' aq̃le inter a
ues dnãnti. ⁊ ille q̃ assila' vni auium subiectarũ. Si quis
igitur corã te in curia tua presumit iniuriam perpetrare vel
offensam inferre ꝯsiderandũ tibi ẽ quo aĩo id facit Aut eñ
illud facit ludendo vt tibi complaceat / aĩos assistentium ꝓ
uocet. Aut hoc facit in contemptum et dedecus tue maies/
tatis. Si primo modo hoc fecerit corrigat' leuiter. si secun
do mõ crudelissime punia'. O alexander connecte ad amo
rẽ tuũ aĩos subditoꝝ tuoꝝ. Tolle iĩurias et iniusticias ab

eis. Noli dare hominibus materiam obloquendi. Contine ita te vt vulgus contra te nihil possit dicere. Insuper scire debes quod discretio maturitatis ē regula dignitatis. Et per hec mouēt' hōies ad exhibēdū debitā reuerētiā ꝛ honorem suo regi. Sūma igit' discretō ē ꝛ sapiētia vt tua reuerētia celsa sit in cordibus tuorum subditorum magis quam dilectio.

De pietate regis. Ca. x.

Alexander indaga de inopia ꝛ necessitate miserabilium personarū ꝛ debiliū. Subueni paupib' in sua indigentia. De tua demētia elige hōiem pium ꝛ iustū sciētem eoꝝ linguam bene eloquentem ꝛ discretum qui vicez tuam bene supplere valeat ꝛ eos misericorditer regere ꝛ amare ꝛ eoꝝ indigentiis elemosinis subuenire. In hoc est beneplacitū creatoris. O alexander caue quantū poteris hūanū sanguinem effundere. Noli enim assumere diuinū officium. qz doctor egregi' hermoges scripsit dicēs qn̄ cretura rōnalis interficit rōnalem creaturā sibi ꝯsilem si hoc facit iniuste tunc virtutes celoꝝ clamāt ad diuinā maiestatē dicentes. dn̄e dn̄e seru' tuus vult eē silis tibi pmitte eū q interficit vt interficiat'. da mihi vindictā ꝛ ego retribuā Et totiēs virtutes celoꝝ repn̄tabūt in ꝯspectu creatoris mortē interfecti donec vindicta sumat' ab interficiente ꝛ submergat ad abyssum inferni.

De prudentia regis an̄ tēp' famis. Cap. xi.

Alexander thesaurisa tibi multū de segetib' ꝛ leguminib' in tpe fertili vt regno tuo possit sufficē in tpe famis ꝛ indigētie vt qn̄ ann' famis ꝛ inopie aduenerit sicut naturalr̄ euenire solet. tūc valeat tuis hōib' tua prouidentia subuenire. ꝛ vt possis in tpe necessitatis succurrē tuis

ciuitatibus z opidis. Tunc p̄cipe q̄ aperiantur cellaria vl̄ promptuaria tua. et q̄ publicent̄ frumēta tua et legumina per regnum tuum z per ciuitates z p̄ opida q₂ talia facē est maxima prouidētia. munimē regni. sal⁹ ppl̄i. custodia ciui tatū. Tūc hōies mirabūt̄ tuā ꝓuidētiā. z dicent q̄ ocl̄i tui ꝓcul vidēt/ z ꝑpter hoc magis appreciabūt tuā z cauebūt offendere maiestatem. Reducas ad memoriam facta pa/ rentum. q₂ gesta preterita dabūt certum documentū de fu/ turis. Minorem ne ꝯtempseris/ q₂ poterit sicut aliq̄n solet accidere ad honores z diuitias peruenire z tunc erit poten tior ad nocendum. Caue caue ne infringas datam legē et federa ꝯfirmata q₂ talia facē ꝯuenit meretricib⁹. Serua fide liter promissam fidem. quia omnem infidelitatem ꝯsequit̄ malus finis. Scias itaq₃ q̄ per fidem fit hominum ꝯgre/ gatio/ ciuitatum inhabitatio. viroꝝ cōio. z regis dn̄atio. per fidē castra tenentur. ciuitates seruāt̄. reges dominantur Siquidem tollas fidem omnes homines ad statum pris/ tinum reuertentur. videlicet ad instar z similitudinem bru torum animalium.

Qualr̄ rex dēt promouere studia. Ca. xii.

Statue studia in ciuitatib⁹ tui regni. precipe tuis ho minibus vt faciāt filios suos edoceri in sciētiis libēa lib⁹. Et decet tuā prouidentiam eis in necessariis subueni/ re. Et facias aliquam prerogatiuam studentibus et bene proficientibus vt per hoc prestes aliis scolaribus materiā magis sollicitam addiscendi i exaudi preces eorum z benig ne eorum epistolas recipe Collauda collaudandos. remu nera remunerandos. per hoc enim excitabis sapientes z lit/ teratos ad tua p̄conia extollēda z ad gesta tua in scriptis p̄ petuāda. Talis prudētia regis mirabilr̄ ē laudāda. p̄ h̄ eīn

Caue ... ne infringas datam legem et federa q[ue]
Serua fidelit[er] p[ro]missam fidem · quia omnem infidelitatem [con]sequitur malus finis

8

honoratur imperium·decoratur regnum · Quid enim su
limauit regnum grecorum? Quis eorum gesta per totum
orbem publicauit? Certe hoc fecit diligentia studentium et
probitas sapientum· Intantum enim vigebat in grecia stu
dium q[uod] puella in domo patrisfamilias sciebat per multum
studium cursum anni 7 astrorum festa futura 7 solemnitates
mensium·cursus planetarum·causas abbreuiationis 7 elo
gationis dierum 7 noctium·signa stellarum indicatiua fu
turorum· 7 multa alia que ptinent ad iudicia futurorum·

De conseruatione contra aliqua pericula mortis·

Capitulum· xiii·

Alexander ne confidas in operibus 7 seruitiis mu/
lierum ne committas te illis· Et si necessitas sit te il/
li committe que credatur esse fidelis tibi 7 dilecta Quia dum
mulier tractat tuam personam scias te esse quasi quoddam
depositum apud ipsam·Et scias q[uod] tunc tua vita est in su/
is manibus· Caue caue mortifera venena· Non enim de
nouo incipiunt mulieres venari homines·notum est enim
q[uod] plurimi domini 7 principes anticipauerunt diem sue mor
tis potionibus venenorum · O alexander recole factum
regine yndorum que tibi sub velamine ficte amicicie trans
misit multa eximia 7 dona venusta · Inter que misit ti/
bi illam venenosam puellam que ab infantia sua imbu/
ta fuit et nutrita veneno serpentum · Et nisi ego ita dili/
genter inspexissem ipsam 7 indicassem venenosam prop/
ter hoc q[uod] ita audacter et inuerecunde et incessanter suum
figebat aspectum in faciem hominis perpendi / siquidem
q[uod] interficeret homines solo morsu / quod tu postea pro/
bauisti · Et nisi certissime hoc ego tibi ostendissem ad
oculum / mors tua fuisset consecuta in ardore et con/

cupiscentia coitus illius puelle. O alexander ne confidas i vno medico. quia vnus solus medicus potens est ad nocēdum. et de facili presumit nephas et zelus deducere ad effectum Si autem necessarium sit tibi sumē medicinā. si potest fieri sint decem medici et non minus. et fac ipsos omnes in vnum conuenire ac conferre adinuicem et ad vltimuz determinare qualiter sumenda sit medicina. ita quod nullatenus sumas medicinam nisi de consilio plurimorum sapientū medicorum. Et cum res necessarie ad medicinam debēt acquiri debes habē hominem spēalem et fidelem tibi. cognoscentē genera qualitates virtutes herbarum et spērū. Qui debet omnia que necessaria sunt ad medicinam tuam colligere et conferre sicut decet certo pondere numero et mēsura scdz cōsilium magis sapientum medicorum.

Qualiter rex debet cauere ab omnibus que deturpāt animam. Ca. xiiii.

Alexander serua sollicite tuam nobilissimam animā et spiritum angelicum tibi ita deputatum ad tuaz custodiam teste Hermogene. quia anima tua intellectiua et rationalis commendata est et non in te peccatis et concupiscentiis dehonestetur. vel sordescat. sed potius vt in te virtutibus et scientiis perficiatur. Que si perfecta fuerit in te i separatione eius a corpore eleuabitur ad conspectum illius excellentie cui complacuit. Si autem imperfecta fuerit deprimetur ad profundum infernorum sine complacentia Scias etiam pro certo quod nihil facit deus gloriosus vacuū et ociosum in naturis. sed omnia facta sunt ex causa probabili et certissima ratione. Et ideo nihil magnum facias preter consilium alicuius periti in scientia astrorum. nec adhibeas fidem dictis insipientium qui dicunt scientiam astro-

rum ita difficilem q nemo possit ad cognitionem eius per uenire. Isti nesciunt quid dicunt. Quia apud potentiā in tellectus nihil est difficile. ⁊ cuncta sunt scibilia scdm viam rationis. Sunt alii non minus stulti qui deum dicunt cun cta preuidisse ⁊ preordinasse ab eterno. Et cuncta futura de necessitate euenire. Unde dicunt q nihil prodest futu/ ra precognoscere. ex quo debent necessario euenire. Quid ergo valet scientia stellarum vel astrologia que docet futu ra precognoscere. Isti similiter male errant ⁊ turpiter de cipiuntur. quia quamuis quedā si necessario futura tamen si presciantur leuius tolerantur ⁊ prudentius declinantur. ⁊ sic quodammodo euitantur. Uerbi gratia/ quandoqz hyems precognoscitur futura nimis frigida homines p̄/ parant hospicia calida ⁊ indumenta acquirunt carbones ⁊ ligna ⁊ de multis aliis se premuniunt. Et propter hoc ve niente hyeme a frigore non leduntur. Consimilia etiam faciunt si precognoscant estiuum calorem futurum nimis intensum ⁊ vehementem. Comedendo enim frigida ciba ria ⁊ inhabitando loca frigida euadunt feruorem estatis sine lesione. Similiter quando homines precognoscunt annum famis ⁊ indigentie futurum per constellationem vel frumentorum ⁊ aliorum necessariorum prouidentiaz minus moleste sustinent tēpus famis. Confert igitur mul tuz prescire futura. quia homines melius possunt futura mala declinare. Tunc autem destinatorem excelsum de/ bent exorare vt per suam clementiam futura mala auertat. ⁊ vt aliter ordinet. Non enim ita ordinauit q taliter or/ dinando sue prudentie in aliquo derogaret. Possint si/ quidem homines clementiam deprecari orationibus de/ uotis. ieiuniis. seruitiis. sacrificiis. elemosinis. ⁊ aliis bo/

nis de commissis veniam implorantes z de reatibus suis penitentes. Et tunc verisimile est q deus ōnipotens auertat ab eis quod trepidant z formidant.

Documenta ad conseruationem sanitatis.

Cap. xv.

Olo autem nunc tibi tradere doctrinam medicinalem z quedam secreta que tibi sufficiant ad conseruationem sanitatis in omni medicina vt non indigeas aliquo medico / z precipue cum sit honestum vt rex sic sciat conseruare sanitatem suam vt medicis vel aliis non appareat infirmitas regis. Sciendum itaqꝫ q non est via ad aliquid faciendum nisi per potentiam clari intellect⁹ z non est potentia nisi per sanitatem. Et non est sanitas nisi per equalitatem complexionis. Et non est equalitas complexionis nisi per equalitatem humorum. Ideo deus gloriosus ordinauit remedium ad temperantiam humoruꝫ et conseruationem sanitatis. Et philosophi ad cognitioneꝫ horum per studiuꝫ deuenerunt. Et indi philosophi per se. greci. z latini. tamen inter ceteros deus excelsus magis grecos inflammauit ad scientias acquirendas z reruꝫ naturaliuꝫ genera cognoscenda. Consenserunt itaqꝫ sapientes philosophi naturales q homo compositus est ex contrariis quattuor elementis et oppositis et natura contrariis humoribus. quapropter semper indiget potationibus z alimentis quibus si caret eius substantia deficiet. si autem vtatur superflue vel diminutiue. incurrit debilitatem z alia multa inconuenientia. Si autem his vtatur temperate inueniet vite iuuamen corporis sanitatem z fortitudinē zc. Consenserunt igitur philosophi q is qui trāsgreditur modum debitum vel mensuram in pleno z va /

cuo in somno in vigilia in otu et quietem · in sub tractione vel detentione sanguinis· In dissolutione vel detentio/ne ventris non poterit euadere egritudines ꝛ infirmitatuꝫ molestiam· Qui autem cauet a superfluitate et indigentia conseruando temperantiam iste sanitatem inueniet· ꝛ die/rum longitudinem · Audiui de ypocrate/ qui obseruan/do dietas intantum abstinuit ꝙ magnam debilitatem cor/poris incurrebat· Cui dixit vnus discipulus suus · Ma/gister si velles satis comedere non sustineres tantam debi/litatem corporis · Cui respondit ypocras ꝛ dixit isto mo/do· Fili volo comedere vt viuam/ non viuere vt comedaꝫ Alimentum enim propter debilitatem querendum est · non durabilitas propter alimentum· Multos certe noui qui abstinendo a nimia comestione abnegando carnales appetitus ꝛ cibis et alimentis parcentes qui propter hoc fuerunt postea sanissimi corporis· melioris operationis · longioris vite· ꝛ boni appetitus· ꝛ velocioris motus · Et hoc necessarium est hominibus euntibus per longa itinera ꝛ per deserta · tales enim homines precipue consue/uerunt parum comedere ꝛ sobrie bibere · Est enim ar/gumentum manifestum ꝙ abstinere a nimia comestio/ne ꝛ potatione et superfluitatem purgare summa medi/cina est ·

Que sunt agenda vel comedenda ad sanitatis con/seruationem · Cap·xvi·

Lexander in medicina continetur verissimum ꝛ cer/tissimum documentum scilicet ꝙ conseruatio sani/tatis principaliter in duobus consistit· ¶ Primum est ꝙ ad conseruationem sanitatis exigitur / ꝙ homo vtatur cibis et potibus conuenientibus sue etati et tẽpori in quo

⁊ consuetudine sue nature scilicet / vt vtatur cibis ⁊ poti / bus quibus consueuit omnibus diebus vite sue nutri / ri. ¶ Secundum est / q purget se a superfluitatibus et corruptis humoribus. ¶ Aliud itaqꝫ documentum est ad conseruandum sanitatem / vt homo in sua necessita / te vtatur cibis et potibus conuenientibus sue complexio / ni. Si autem calor naturalis inflammatur ⁊ superexce / dat / aut propter calorem extraneum scilicet propter calo / res aeris vel temporis vel loci in calore vicinitatem do / minantem / aut propter calida cibaria tunc opposita ciba / ria multum iuuant ad conseruationem sanitatis scilicet fri / gida / dummodo magis sobrie more solito sumantur.

Et stomachus alicuius cum fuerit fortis ⁊ bonus etiam multum calidus tali stomacho meliora sunt grossa ciba / ria. quia talis stomachus est quasi validus ignis potens comburere multa grossa ligna. Quando vero stoma / chus est debilis et frigidus siue digestionis debilis. tali stomacho meliora sunt subtilia ⁊ leuia cibaria. quia ta / lis stomachus comparatur igni debili ⁊ modico combu / renti cannas et ligna subtilia ⁊ gracilia. Signa igitur boni stomachi ⁊ bene digerentis sunt hec. Leuitas cor / poris. claritas intellectus. ⁊ bonus appetitus. Signa ve / ro debilis stomachi et male digerentis sunt hec. graui / tas corporis. mollicies. pigricies. inflammatio faciei. oris frequens ructatio. grauitas colere. frequenter spuere spu / ta turpia. et precipue dum aliquis sputat acre sputum vel amarum vel aquosum vel fetidum. Per talem enim na / turam et consimilem nisi homo se multum abstineat et ca / ueat a superflua commestione et etiam a superflua pota / tione / generantur frequenter et de facili multe ventosita /

tositates ɀ inflammatões in ventre ɀ diminuitur appetit⁹ comedendi. Si vero talis praua materia ex qua generantur sputa supradicta fuerit in multa vel maiori quantitate. Ex hac proueniunt extensiones extremitatum. refectiones membrorum. tremor capitis. ɀ aliquando morbus ethicus incurabilis qui est passio epatis. Et quedam alia mala que omnino sunt contraria sanitati destruentia ɀ corruptiua nature. Talia vero incommoda ɀ tales egritudines homo bestialiter viuens insequens passiones ɀ concupiscentias carnales ɀ non dominans passionibus frequenter incurrit propter regimen inordinatum viuendi et propter nimias ɀ frequentes repletiones in superfluis comestionibus ɀ potationibus. Debes igitur diligenter tibi cauere ab inconuenientibus supradictis si sanus esse desideras ɀ diu viuere.

Prologus ad quedam documenta sequentia.

Um corpus humanum corrumpatur propter contrarietatem humorumorum ɀ qualitatem elementorum ex quibus est mixtuꝫ. Ido volo in presenti opere tibi describere quedam documenta vtilia ɀ omnino necessaria ad conseruandam sanitatem et ex secretis artis medicine que tibi sufficiant ad conseruationem sanitatis. et maxime cum non sit honestum vt hominibus manifestentur egritudines regum. Si autem istas documenta cum supradictis frequenter inspexeris. non indigebis exceptis actibus bellicis et ceteris talibus accidētibus que aliquando omnino vitari non possunt.

Qualr dēt se seruaē p⁹ somnū. Ca. xvii.

Alexander cum a somno surrexeris modicum debes

ambulare ⁊ membra tuā extendere ⁊ caput tuum pectere. quia membrorum extensio corroborat corpus. ⁊ capitis pectinatio vapores ad caput ascendentes in tempore dor/mitionis educit ⁊ purgat per poros capitis. In estate la/ua aliquando pedes tuos in aqua frigida. quia hoc reti/net ⁊ constringit calorem naturalem corporis ⁊ excitat desi derium comedendi. Deinde indue vestimenta optima et orneris pulcerrimis ornamentis regalibus/ quia animus tuus in talibus delectabitur. Deinde siccabis dentes ⁊ gi ginas tuas cum corticibus aromaticis arboris calide ⁊ sic/ce ⁊ amari saporis. Hoc siquidem multum iuuat. dentes mundificat. ⁊ oris vicium liquefacit ⁊ clarificat loquelam. Insuper excitat desiderium comedendi. Deinde te fumi ga fumigationibus tempori in quo es congruis. Hoc eñ proficit valde. quia aperit clausuras cerebri ⁊ grossius red dit collum ⁊ brachia. corpus facit pinguescere. ⁊ facieꝫ cla/rificat atqꝫ visuꝫ. virtutes sensitiuas corroborat. ⁊ facit tar dare caniciem. Post hoc inunguaris vnguentis optimis odoriferis congruenti cum tempore/ quia anima reficitur ⁊ multum delectatur odoratu/ ⁊ omnis odor suauis est ci bus anime. ⁊ cum refecta fuerit anima ⁊ confortata corpꝰ gaudebit. et etiam confortabitur sanguis vigorabitur et per venas incipit discurrere in toto corpore ex leticia ani/me. Deinde cum nobilibus sede. cum sapientibus loque/re secundum modum et consuetudinem regum. ⁊ age qđ te decet agere.

De tempore exercitii ⁊ modo comedendi.

Cap. xviii.

Ante comestionem iuxta horam consuetudinis vte/re modico labore scilicet equitando vel deambulan

12

lando vel aliquod consimile faciendo · quia hoc multum valet ad conseruandam sanitatem · Fugat enim ventosita tes stomachi / corroborat corpus atqȝ alleuiat singula mē bra corporis · Et calorem digestiuum in stomacho existē / tem acuit ⁊ fortificat · Et sic multum excitat appetitum et desiderium comedendi · Constringit compages corporis ⁊ liquefacit ⁊ multum diminuit superfluos humores resi / duos · Si autem in comestionibus tuis tibi apponantur diuersa fercula vel pulmenta · primo debes comedere il / lud pulmentum quod mollificat ventrem · Deinde quod durum facit stomachum · Et debes in omni tempore ces / sare a comestione dum adhuc non est ibi magna volup / tas et magnum desiderium comedendi · Similiter debes facere in potationibus · Et illud documentum maxime va let ad conseruationem sanitatis · Ex superfluitate enim ci / bi et potus angustiatur stomachus ⁊ turbatur totum cor / pus ⁊ tabescit intellectus · Et cibus remanet in fundo sto / machi ponderosus et indigestus · A potatione aque fri / gide abstineas post cibum / et precipue in hyeme · quia po tatio aque frigide post cibum nuper sumptuȝ refrigerat sto machum in quo debet cibus digeri per calorem digesti / uum ibi existentem diminuit et hebetat calorem natura / lem · Si vero necesse fuerit vt aquas bibas vel propter ca / lorem stomachi tui nimis intensum / vel propter calorem temporis / vel propter calida cibaria sit modica et cum vi / no mixta · Et si fueris calidus multum propter exercitium aliquod in eundo vel equitando · caue ne bibas vel come das quousqȝ cognoueris calorem corporis accensum et fortificatum propter motum et exercitium esse diminutum et temperatum ·

Qualr se dēt ꝯtinere post comestionē. Ca. xix

